Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



M·T·C· DE AMICITIA

QVINTVS Mutius Augur Scaeuola multa narrare de Gaio Lelio socero suo memoriter & iocunde solebat. Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem a patre meo ita etiam deductus ad Scaeuolam sumpta uirili toga ut quoad posset & liceret a senis latere numquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata: multa etiam breuiter et comode dicta memorie mandabam. fierique studebam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad pontificem Scaeuolam contuli. quem uirum nostre ciuitatis et ingenio et iustitia prestantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias. Nunc redeo ad augurem cui